Jacobus dei gracia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillarius ammiratus et
Capitaneus generalis, fidelibus suis bajulo ac judici Gerunde presentibus et qui pro tempore fuerint salutem et graciam. Intelleximus quod aliqui
qui asserunt se fore homines infra vicariam Gerunde, conveniunt sepius et in causam trahunt coram vobis aliquos homines de dicta
Civitate, asserentes ipsos fore homines suos et requirunt quod exeant de Civitate predicta. et super hoc vexant ipsos homines in
bonis et expensis. Quare vobis dicimus et mandamus quatenus cum contingat aliquem vel aliquos asserere coram vobis aliquem habitatorem
Gerunde esse hominem suum et requirere quod exeat de Civitate predicta, sinentes, iuxta privilegium concessum et confirmatum
per antecessores nostros et per nos civibus Civitatis predicte, et in peticionibus huiusmodi summarie et de plano et sine figura
Judicii procedatis, taliter quod homines qui ab aliis requiruntur ob potenciam vel maliciam requirencium opprimi non valeant
nec contra tenorem dicti privilegii vel justiciam agravari. Dat. Barchinone, quinto idus Junii anno domini millesimo CCC°
nono. Exp. b. v.